

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 43.

Cod. XXVII.

43.

## Cod. XXVII.

partim membran. partim Chartae. Fol. sec. 96. J. 22.

Valerü Maxi  
mi Lib. IX. Fac  
torum Victorum  
que memorabili  
um.  
Libri X. de  
Nominibus  
fragmentum.

hinc  
hinc!

Elegantissimo charactere et literis auro et colore variegatis exaratus. Continet Valerü Maximi libros IX. de factis et dictis memorabilibus virorum illustrium, sed mutilatos. Prima deest pagina, et cum illa omnia, usque ad verba: "Metellus vero pontifex maximus posthumum consulens eundem flaminem" etc. quibus codex noster incipit. Præterea collatio codicis nostri instituta cum editione Valerü Max. ab Abrah. Torrenio, Leida, 1726. 4. facta propter plurimas lectiones variantes etiam majores Ms. nostri lacunas præpalavit; v. g. ante capitulum de omnibus defuit illa, de quibus adeo sibi gratulatus est Aldus, ut in frontispicio sua editionis scriberet: "Exempla quatuor et viginti nuper inventa ante caput de omnibus. quorum exempla omnibus in Italia Valerü Max. exemplaribus tam impressis quam manu conscriptis defuisse", in præf. ad Cæspirianum idem Aldus asserit in edit. Torrenii, T. I. a pag. 96. Milesia Ceres, usque ad pag. 47. Deiotaro vero Legi. Ceterum exempla ista 24 non integra neque ipsius verbis Valerij concepta, sed ex epitome quadam Valerij restituta esse suspiciantur Eruditi. - Libro VIII. cap. 7. et sequentibus que habentur in edit. Torrenii Tom. 2. a verbis: "Terentius autem Pharo", pag. 926. et sequentibus partim quædam desiderantur, partim Bibliopægi stupiditate persue sunt deque versa. - Finito libro nono inchoatur decimus, Epitome de Nominibus inscriptus, hæc præf. siunculæ: "Decimus hujus operis liber, qui et ultimus videtur, vel negligentia vel malevolentia librorum indeperit. Abbreviator vero titulos ejus habebat integre fortassis, tamen de uno tantum, hoc est de pronomine Epitoma representabat. Absque dubio Scriptor noster dederat, quantum poterat, sed merum decimi libri fragmentum; jam enim desinit in verba: "Animadverto venim in Consulibus fastis perplexum; usum; nominum et cognominum fuisse dictum. Posthumum Cominium Auruncium, Posthumum Cæsur. et; Abutium;"

"Explicit Liber Valerü Maximi Deo grâs Amen."

Valerius Maximus, Romanus Philosophus et Orator, Augusto, Tiberioque Carissimus hoc lib. IX. de factis et dictis memorabilibus composuit, eidemque Tiberio dedicavit circa an. Christi 20. quos vero nomine sub ejus

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 44.

44.

Cod. XXVII.

nomine legimus, viri docti habent pro Epitoma ex maiore  
 Valerii opere combinata, maxime cum dictionem aliquandam  
 prodant, illa fere stante indignam. Unde Erasmus in Cice-  
 roniano: "Valerius Max. tam similis est Ciceroni, quam  
 mulus homini". Ger. Vossius de hist. lat. lib. I. c. 24. uti  
 et Lambius. T. 2. de Bibl. eos. pag. 934. quemdam Juli-  
 um Paridem, Cantelius vero in sua Valerii Editione, Fa-  
 nuarium Nepotianum Compilatorem autumat, iustiore  
 forte suspitione, nam idem Nepotianus in epistola ad  
 Victorem suum, quam exhibet Philipp. Labbeus T. I. Bi-  
 blioth. Ms. p. 669. Scripta Valerii Max. a se in Epi-  
 tomen redacta esse fatetur. Non minor est dissensio de  
 Authentia libri X. de nominibus, pronomibus, cogno-  
 minibus et agnominibus inscripti, sed hoc Criticis dis-  
 cutienda relinquo. Lege praefationem, quam describere  
 piget, Stephani Sigisii Epitoma de nominibus praefataam,  
 in edit. Torrenii Sup. Cit. Tom. 2. pag. 874.

Leo  
 Aut  
 Astro  
 lia,

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 27

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1726](https://manuscripta.at/?ID=1726)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)